imperii nostri tria fulgida sidera non (quod) plura defuerint, siquidem catheruatim sese ingerunt viri illustres et similia ausi et similes rerum exitus sortiti, sed quoniam tres tantum ex adverso locuturus sum, ternarium in utrisque servaverim!! Quid de his igitur viris dicam; amarunt profecto miro amore rem publicam, cui se ipsos, cui vitam ac sanguinem, cui fortunas suas tam fideliter devoverunt. Quas autem amoris vices eisdem illa ipsa respublica tam vehementer dilecta reddiderit, pudet meminisse multoque libentius tacerem, si mea forte taciturnitas esset oblivionem paritura, qua pudor illorum temporum tegeretur. Sed quoniam res ea me vel licet! tacente volgata est, quod (qd) laboris premium, quem tandem virtutis ac fidei sue fructum tam singulares perceperunt viri non absque viri rubori parte narrabo. Primum nempe Camillus in exilium pulsus est, non iure ullo sed invidia, nec antea revocatus, quam illum non premia? penitencia? tribunorum, non erroris verecundia (!), non amor civis optimi, sed casus patrie et Gallorum metus et pns necessitas revocarent. Nec tamen ideo ingrate patrie distulit opem ferre pius exul, non in id modo quod fuerat, set in angustiores urbis spem de faucibus hostis ereptam collapsamque restitueres. Cum eciam in eiusdem obsequio pocius originis quam iniurie memor vir adhuc animo

Marginalia:
2) Pro = Prs
4) at
3) meminisse
4) l. licet!
f. 135 v Sp 1.
5) verdorben aus hostijo ...
4) ...